





1738,9  
M 152

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMUS  
*Strecker, JCtus,*

PRÆFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad L. minime 23. ff. de LL.*

E T  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM V. IULII, MDCCXXXVIII.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHUMANITER INVITAT.

ER FORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

LICHTARTA MERICAE  
DOMINI  
CORPUS HESIUS  
EX ESTATE DOMINI 1411  
LATIN 1400  
MANUSCRITUM 1400  
MANUSCRITUM 1400  
MANUSCRITUM 1400



Urisconsulti æquitatem universi orbis Reginam libenter agnoscunt, hæc enim nihil aliud est, nisi quædam mitigatio legis scriptæ in hac vel illa circumstantia propter personarum, rerum ac temporum vel incidentium casuum varietatem, & ita æquitas Theologis & Canonistis Epikya vocatur, ac proinde juris medulla, germanaque justitia rectè appellari & dici poterit, cuius ratio ex sola animi & judicij deliberatione secundum negotiorum formulas dependet, & sicuti rerum humanarum vicissitudo non cessat, & incerta manet, donec & quo usque in hoc vel in illo casu sese exserit; ita nec æquitatis usus certo fine describi poterit, sed juxta casus incidentis circumstantias practicari debet. Hinc & rectè fundamentum interpretandi dicitur, quod enim ad verum justitiæ cultum pertinet, id ex æquo & bono interpretatur, quod tunc efficiemus, cum voluntatem potius, quam scriptum & quod benignius sequimur, cum quod omissum est, suppletur, & generaliter, quidquid recta ratio suadet, perficitur. Nam quandoquidem propter negotiorum casuumque emergentium varietatem & amplitudinem necessarium erat, ut lex ferretur de iis tantum, quæ frequenter accident, nec comprehendi poterant omnes factorum articuli, L. 10. & 12. ff. de LL. ideo subintrat æquitas, per quam constanti voluntate in hujusmodi casibus nominatim ac principaliter non comprehensis, deliberandum erit, quid pronunciandum sit, ut ita latissimum sit æquitatis officium, ac etiam interpres omnium

omnium legum, eo saltē fine, ut sine vitio accipiātur & cum epus fuerit flectantur ad leviorem sententiam. Sic æquitas omne scriptum, dictumque interpretatur & emendat, ex quo jus emanat, quod æquum & bonum dicitur nullo scripto cōprehensum, sed in sola ratione consistit, rigorem iustitiae dulcore misericordiæ temperat, ex rerum convenientia cuncta coæquat, & in paribus causis paria jura desiderat, tanquam medium inter severitatem & benignitatem regit misericordiam & rigorem, tanquam Regina juris & optimus legum iustitiae clypeus, tanquam theriaca contra venenum, tanquam regula Lesbia & rectitudo judicii naturalem sequitur rationem, & tanquam murus semiramidis omnia benè æquiparat. Verum licet haud est prætextu æquitatis à lege seu mente legis recedere, quippe qui aliter atque certo jure constitutum est, circumstantia nihil variante, judicat, sententia nullitate laborat. Plurima alia ad materiam æquitatis bonæque legum interpretationis hac spectantia occasione L. 23. ff. de LL. loco lectionis cursoriæ sibi electæ uberioris publicè ex cathedra pertractabit

PRÆNOBILIS ET CLARISSIMVS  
DOMINVS

LVDOLPHVS GVILIELMVS  
LILIEN,

*Jurium Candidatus meritissimus,  
De cuius natalibus & studiorum cursu sequentia nobis  
relata sunt. Hic enim Erfurti primam mortalium lu-  
cem adspexit anno salutiferi partus MDCC XVI, die  
XII. Jul. Patre oriundus est Viro Præ-Nobili & Con-  
sultissimo Dn. GABRIELE HENRICO LILIEN, præ-  
senti*

fenti rerum cursu in hac nostra Academia J. V. D. ejusdemque Facultatis juris publici P. P. Ordinario, & Elector. Mögunt. provinc. Jud. Assessore &c. Matre vero CATHARINA MAGDALENA LILIEN, ex genitro de STREITHORST familia prognata, cuius nemppe parens, & ita præsenter nominandi evus maternus GEORGIVS GUILIELMVS de STREITHORST, Ducatu Brunsvigo Guelferbytano prosapiam suam deducens, nobili jurisdictione hæreditario jure in Eideborn, equestrem comitatus Mansfeldensis Sedem gaudens; quod generosis pro gloria ducitur, inter arma pro patria florere voluit: Prima itaque merita sua edidit sub Hanoverano Duce JOANNE FRIDERICO, qui Venetias iter facturus Augustæ Vindel. M DC LXXIX. naturæ debitum solvit; fratre deinde ejus ERNESTO AVGVSTO, gloriosiss. mem. cui ob insignia in Imperatorem merita nonus Electoratus obtigit, succedente, hujus sub regimine equitatui Chiliarchi Vicarius, qui consueto vocabulo Obrist-Lieutenant appellari solet, in regimento Generalis de BVDEWILZ præfuit.

Avum paternum p. m. monstrare potest MELCHIORM LVDOLPHVM LILIEN, J. V. D. Decretalium Prof. Publ. Elector. Regim. Consiliar. Elector. Provinc. Jud. Assessorem Seniorem, cui nuptiis conjuncta fuit ANNA MAGDALENA à SODEN, JOANNIS HERMANNI à SODEN p. m. Hanovera originem trahentis, JCti, Facult. nostr. quondam Assessoris & Prof. Publ. Electoris Mogunt. Regiminis Consiliarium, Jud. Provinc. Assessor. nec non Collegii Saxonici Decani filia. Superiori gradu paternam stirpem attingentes majores Marpurgi, quatenus adhuc notitia supereft, solum natale domiciliaque habuerunt, inde erumpentis tunc temporis

poris belli flammis excussi terramque mutare coacti,  
Italiam, ut memoriæ fama jamjam restat, se contulere,  
ex quibus duo præ ceteris sub communi Umbriacen-  
sium fratrum nomine noti, ANTONIVS & ALOYSIVS  
LILII, quorum consilio suasuque Pontifex MAXIMVS  
GREGORIVS XIII. novum Calendarium Gregoria-  
num dictum MD LXXXII. introduxit: Utrumque ho-  
rum prædictus Papa pro tam magnis sibique gratis in  
Astrologia exantlatis laboribus, accedente Imperatoris  
RVDOLPHI nempe II. auctoritate, nobilitate insigni-  
vit. Distinctas duas lineas hi constituerunt, quarum  
prior ANTONII, scil. LILIEN de ROSATE, qua nostra  
familia constitutrice gaudet, altera ALOYSII, LILIEN  
de ROSENFELS nomine usæ sunt. Abavus igitur illius  
CONRADVS LILIEN de ROSATE Hildesiae habitavit  
simulque Romæ civitatis jus nactus est. Insignia suæ  
nobilitatis, quibus adhuc uti refert, habuit duo Gallici  
idiomatis coerulea lilia in aureo & duas proprii coloris  
Rosas in albo campo. Unus ex hac familia Liberi Ba-  
ronis dignitate donatus, Hamburgi universalis matris  
gremium occupavit. Proximo ab hoc gradu descen-  
dens, proavus scil. ejus JOANNES LVDOVICVS LI-  
LIEN proprio lubitu circum spectisque sibi causis, cum  
scil. crudeliter grassantis belli calamitates bona ejus mi-  
serè attrivissent, ex genere eveniente nobilitatis gloria  
præcedentiaque abstinuit, contentus doctrina acquisita  
nobilitate gaudere, cuius vestigiis adhuc insitit. Sed,  
ut à prima nativitate fata sua prosequatur; Sacratí son-  
tis, pro more Christianæ Ecclesiæ, piorum parentum  
cura susceptores sibi fuere: ante nominatus avus pa-  
ternus p. m. Summe Reverendus ac Generosus Dn. de  
LAGEN, Seren. Ducis Saxo-Leucopetræ in Ecclesiasticis  
Con-

**Consiliarius**, nec non **Generosus Dn. de SCHVLEN-**  
**BVRG**, Dn. hæreditarius ad Schockvviz, nobilem Bran-  
denburgicæ ditionis sedem. Procedente deinde tem-  
pore in prima cura prælaudati parentes habuere, pri-  
ma Christianæ religionis fundamenta instillare, ulterio-  
ri mox successu præceptoribus bonis artibus litterisque  
privata diligentia erudiendum illum tradiderunt, quo-  
rum fideli ductu, parentis pia inspectione magis excitati  
eo progressus fuit, ut A.R.S. MDCCXXIX. Senatorium  
hujus loci Gymnasium frequentare potuerit; ubi ferè  
biennali spatio celebrioris famæ D. STIELERI, J. V. D.  
tanquam Directoris, cæterorumque præclarorum Dn.  
Professorum doctrina imbutus, ad Summe Reveren-  
dum Dn. OLEARIVM, Principis Schvartzburgici Su-  
perintendentem, Consistorii Arnstadiensis Assessorum  
& Pastorem primarium longe meritissimum, ad ulte-  
riores in humanioribus profectus faciendo se contulit.  
His stabilitus institutionibus, dignus tandem à patre al-  
tioribus Academicis scil. studiis judicatus, re ipsa pro  
viribus prosequi haud omisit. In Gallicis Reverendi  
Dn. LOZZEN, Diaconi Regularium, & in Philosophicis  
Prænobil. atque Doctissimi Dn. MOTSCHMANNI,  
Phil. P. ejusdemque Facult. Assessoris extr. præclara  
doctrina haud spernendo fructu usus: Jurisprudentiae  
deinde cultui se consecrare cum animus erat, præ cæ-  
teris fidelissimæ pièque colendæ genitoris privatæ ma-  
nuductioni ingenii sui vires hoc in studio impendebat,  
eujus indeficiente diligentia etiam IV. Imper. Inst. Libr.  
ut & Pandect. juxt. Lauterbachii Comp. explicationem  
hausit. Sic etiam Jur. Publ. lectione prævit ac docuit  
nempe Jacobi Lampadii tract. de Republica Romano-  
Germanica. Nec tamen aliorum lectiones, tam pu-  
blicas

blicas quam privatas seposuit, sic enim inter privatas paternis lectionibus adjunxit Prænobilis & Consultiss. Dn. RVM-BELII, J. V. D. Adv. Ordin. explicationes in Boehmerum ad ff. In publicis verò in primis Magnificum, Prænobilem & Consultiss Dn. ROTERMVNT, J. V. D. Prof. Decretal. publ. ord. Elector. Regim. Consiliar. &c. ad prædictas Decretal. Epist. cum insigni profectu auditiv. Et Præ-Nobilis Consultissimique Da. SCHORCH. J. V. D. P. P. O. Facult. Jurid. & P. Revereendi Minist. Assessoris &c. suavissimâ in tractandis Academicis lectionibus methodo, publicam Imper. Inst. explicationem audiendo, magno cum fructu usus fuit. Tandem me Decanum jus feudale non minùs ac Constitutiones Criminales explicantem maximè laudabili cum diligentia percepit. Quibus studiis strenue absolutis, ut meritum studiorum suorum bravium reportaret, ab Ordine nostro ad consuetum Docto-randorum examen admitti decenter petiit, laudabili petitioni annuit facultas, textus ex utroquè jure interpretandos ei communicavit, quos solidè explicavit, atque difficultates ex utroque jure propositas tam promptè, tamquè doctè enodavit, ut unanimi consensu supremis jurium honoribus dignissimus fuerit judicatus. Proindè ad reliqua specimina inauguralia admissus, proxima die V. Julii lectionem cursoriam ad præcit. L. 23. ff. de LL. & disputationem inauguralem

DE

CLAVSULA CODICILLARI IN TESTAMENTO EXPRESSA, ET PRÆPRIMIS  
SVBINTELLECTA

habebit. Quibus actibus ut Magnificus Universitatis Rector, omniumque facultatum Decani, Assessores, Professores, reliquè Cives Academici, præprimis nobilissima Studioforum corona interesse velint, decenter & officiosè rogantur, invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Jurid. die XXIX. Junii M DCC XXXVIII.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1938



KO18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
inches



1738, 9  
**M 15 L**  
FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
**CONR. WILHELMUS**  
**Strecker, JCtus,**  
PRÆFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad L. minime 23. ff. de LL.*

E T  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM V. IULII, MDCC XXXVIII.*  
**LECTOREM BENEVOLVM**  
PERHVMANITER INVITAT.  
*de genuino concepte aequitatis*

ERFORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.